Qum magnificata ſunt oper-
tua omine! omnia in ſapiencia
feciſti: impleta eſt terra poſſe
ſſione tua Hoc mare magnū
et ſpatioſum manibus: illic rep-
tilia quorum non eſt numerus
Animalia puſilla cum magnis:
illic naves pertranſibunt Dra-
co iſte, quem formaſti ad illu-
dendum ei: omnia â te expec-
tant ut des illis eſcam in tempo-
re Dante te illis, colligent: ape-
riente te manum tuam, omnia
implebuntur bonitate Averten-
te autem te faciem, turbabun-
tur: auferes ſpiritum eorum, &
deficient, & in pulverem ſuum
revertentur Emittes ſpiritum
tuum, & creabuntur: & renovabis

faciem terræ. Sit gloria domi-
ni in sæculum: lætabitur domi-
nus in operibus suis Qui res-
picit terram, & facit eam trēre:
qui tangit montes, & fumigant
Cantabo domino in vita mea:
psallam deo meo quamdiu sum
Jucundum sit ei eloquium meū:
ego vero delectabor in domino
Deficiant peccatores â terra
& iniqui ita ut non sint: benedic
anima mea domino Gloria&